

C S V E T O N I I  
TRANQVILLI VITA.

15

Aius Suetonius Trāquillus, patrem habuit Suetoniū, cognomento Lenem, tertiam decimam legonis Tribunū, et Augusti clauium, qui interfuit bello Othonia no: à patre filius Tranquilli cognomen accepisse creditur. Nam cū ille Lenis sit cognominatus, hic eodem significato, non eodem uerbo dictus est Tranquillus. Floruit sub Adriano, utpote illius magister epistolas rum. Verum fortuna, quæ lubrica est, refragante, successor ei mox datus, q; apud Sabinā imperatoris uxō rē familiarius egisse ferebatur, q; reuerentia domus aulae postularet. Vsus est cōtubernio Plani posterioris: à quo in epistolis admonetur ad uolumina edēda, quæ perfecta, absoluta q; appellat. Cum esset vir doctrina cōpositiore, et elegancia floridiore præditus, scripsit libellū de Grammaticis et Rhetoribus: quem diuus Hieronymus fecutus est, texens catalogū scriptorum ecclesiasticorū. De genere uestium, de ludicra historia libros concinnasse memoratur: quorum testimoniū utuntur eruditii. Idem de uiciis corporalibus, & de prætoribus uolumina condidit luculēta: in primis uero ad posteros transmisit duodecim Cæsarum uitas, ualde quidem probandas, graphicē q; conscrips

ptas:

ptas: in quo stylī genere primas confessionē eruditōrum  
rum haud dubiē occupauit. Opus est emunctum, rea-  
fertumq; eruditōne haudquaquam triviali, & com-  
positissimo ordine distinctum: unde e me ndatissimus  
ac candidissimus scriptor meruit appellari: cui, ut  
scribit Flavius Vopiscus, familiare fuit, amare breui-  
tatem. Ausonius in epistolo ad Paulinum, librorum  
meminit, quos numero treis Suetonius de regibus  
scripsit. In hoc uero Cesarum opere, quod eruditō-  
rum manibus continenter teritur, est oppidō quam  
tersus, & syncerissima scriptione præcellens: adeo,  
ut de Suetonio dicere meritō possumus id,  
quod Zeuxis pictor de seipso prodidit:  
inuisurum aliquem facilius,  
quam imitatu-  
rum.

C. SVE